

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**Q. Horatii Flacci Opera Omnia, A Pet. Gvalt. Chabotio Viro  
In Omni Literatvra Perfectissimo, Admiranda Ingenij &  
Iudicij dexteritate, eruditiois varietate, & linguarum  
elegantia, triplici artificio ...**

**Horatius Flaccus, Quintus**

**Basileae, 1615**

**Widmungsbrief**

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1488](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1488)

# I. IACOBVS GRASSERV<sup>S</sup>, IOANNI SANRAVIO DOMINO IN LANSARGVES.

S. P. D.

*O B I L I S S I M E S A N R A V I,*

Æquè mihi Musa ipse, atq; *D. CHABOT* *TIT*,  
meritissimi Senis, p;ij Manes irascerentur, nisi  
illas pagellas, quas *Reipub. Litterariae* desti-  
nata mea curiositas, confecto iam opere, inter  
*Analecta* eius felici manu deprehendit, vel in  
tui gratiam Publici iuris facerem, quando ad  
elegantissimarum quarundam odarum utilis-  
simam illustrationem, notis abundant singula-  
ribus, quas tibi ante Nouennium Monspelij  
apud Heroicum Virum, *D. CLAVDIVM SANRAVIVM*, Parentem  
tuum, & Patronum meum, eternare reverentia honorandum, *D. IVLII P A-*  
*CII à Beriga*, & *D. Io ANNIS GIGORDI* suauitatem prælegi.  
Charissimi igitur, quotquot sunt, Humaniorum Litterarum Studiosi, & hi-  
sce reliquis Tecum fruantur, quæ in Augustissimo Palladis Templo, religio-  
sioribus Mystarum & Sacerdotum osculis, cum solemni veneratione exhi-  
beri dudum meruerunt. Vale. Basileæ 15 cxxv. Kal. Mart.

## Ad Enarrationem Grammaticam odæ tertiae. lib. 1.

[*N*versum, *Ventorum Pater.*] Æolus dictus fuit mo-  
dò αἴολεύειος, modò πανσένευος, modò πνωνσάνευος,  
πνωνσανεύειος, quo postremo cognomine Diog. La-  
ertius scribit lib. 8. Empedoclem vocatum, quod E-  
tesias ventos vehementer flantes, & corruptentes  
fruges sedauerit. vide ibidem rationem sedandi, qua  
illeius est per utres ex pellibus asinorum factos.  
Ventorum autem ortum, quidam motibus aqua-  
rum tribuunt. Et de origine, natura, & numero  
ventorum, legib. 5. Senec. Naturalium Quæstio-  
num.

In verb. *Necessitas.*] Sic Græcè definitur, ἀνάγνωστη  
ἀπόριος βέβαιος νόος οὐκ εἰπεντος διείδεις τῆς προνοίας. id est,  
firmitas & immutabilis prouidentia potestas, de qua  
Thales interrogatus olim, τιχυρώτερον, id est, quid  
validissimum & potentissimum respondit, ἀνάγνωστη πάντων.

γέροντες, i. necessitas. omnia enim vincit: quam Homerus  
Οδυσσεος γ. περιφραγμάτων sic enuntiat. ΑΝΤΙΚΑΛΩΝ, &c.

## Ad Enarrationem Grammaticam odæ quartæ lib. 1.

[*N*verba: *Gratiae decentes.*] Laudes autem Gratiarum  
à multis, præsertimque à Poetis celebratae sunt,  
atque inter eos à Pindaro ad. 14. Ὀλυμπ. initio, quas  
sic affatur primum γενίνως, deinde παθένεγκτον. loci in-  
terpretatio latina hæc est,

O Charites pinguis Orchomenii celebres Regiae, audite,  
quum vos precor & imploro. omnia enim ope vestre mortali-  
bus contingunt grata & iucunda: si quis sapiat: si quis pulchri-  
tudine corporis preditus sit: si quis splendorem forme habeat:  
Neg, enim Dii ipsi sine opera venerabilium Charitum choros  
& coniuicia regunt: ubi pro decentes dicuntur σεμνοὶ, id  
est, integra ac venerabiles παρὰ τὸ σέβεσθαι. vide ibidem  
affatum Poetæ & colloctionem cum singulis.